

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Sacrvm Misericordiæ Palativm**

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi  
peristromatibus exornatum

**Gazaeus, Nicolaus**

**Augustae Trevirorum, 1618**

Modus reprimendi peccatorem volentem differe Pœnitentiam vsque ad  
mortem caput. 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54459](#)

186 AEGROTO<sup>S</sup> VISITARE

nes, quite rapiant. Infernales isti Leones  
circuiuent quærentes ut te deuorent anima-  
que in tartari profunda demergant.

Tunc loca illa horroris plena aperiētur,  
& æternum VAE sine fine caniturus pro-  
ijcieris, ibi fletus & stridor erit dentium, ibi  
serpens vermisque continuo conscientia  
interiora rodens aderit. In tua ergone ma-  
litia perseueras? ingemisce & pœnitentia  
vocibus cœlum tunde.

MODVS REPRIMEN-  
DI PECCATOREM VOLEN-  
TEM DIFFERRE POENI-  
tentiam vsque ad mortem

CAPVT XXXV.

**S**i peccator pœnitere quidem se velle in-  
dicat, sed differt usq; ad mortis articulū,  
dicens tunc temporis se ex toto corde ad  
Deum redditum, sex illi impedimenta ob-  
ijciam propter quæ id fieri non expediat.  
*Primum est.* Amor terrenorum quibus es  
irretitus, quorū recordatio eò validius mē-  
tem tuam quatiet, quò proximius fini vita  
tuę coniungeris. Quemadmodum enim o-  
uas sub vesperā acrius figuntur pastui cum  
illas

*Sex impedi-  
menta, saluti  
contraria in  
hora mortis.*

illas pastor ad redditum cogit ; sicut rerum  
mundanarum affectio eò vehementius ex-  
agitabit , quò mors ad redditum compellet.  
Si hæreditates , amplasque ædes possedisti,  
in vltima illa hora tuę recordatus affluētiæ,  
ingemiscens clamabis. Heu me infælicem !  
tantis laboribus , variatisq; sudoribus the-  
sauros cōgesisti , domos ædificauī , possessio-  
nes comparaui , & en omnia morte propellente  
cogor relinquere !

*Amor ter-  
norum.*

Si filios habes dñcolos , mille cingeris an-  
goribus. Si tibi paruuli sunt , eos relinque-  
revix potes , ne fortè mater , eorū in secun-  
dis nuptijs obliuiscatur. Cares hæredibus ?  
dolens illa Ezechiæ intonas verba : *Genera- Isaia. 38.*  
*tio mea ablata est à me* , cogitasque quisnam  
bonorum tuorum hæres futurus sit. Inge-  
minas hanc vocem : ò me miserum qui tan-  
ta cum fatigatione , animiq; anxietate hæc  
mihi bona cōparaui ! en Inimicus illis for-  
tasse gaudebit. Si verò tibi filij & hæredes  
legitimi sunt ; tunc creditorum veniet me-  
moria , de dote qua vxori obligatus es cogi-  
tabis , vereberisque ne te defuncto litigent  
filij , & verbis se procacibus impetant. Hu-  
ius labyrinthi varijs intricatus semitis , de  
salute nequaquam cogitare poteris.

*Secundum : Amor proliū & parentū , qui lectu-*

*Amor proximorum 2. impedimentum.*

lectuli ripam circumstantes, te à salutis cogitatione auertent. Tunc inquies : Expedit ne charas has genituras relinquere parentesq; deserere, quos deinceps in hoc Mundo cernere non potero? Eheu! arbitrabar eos senectutis meæ futuros sustentacula, etatisque fulcra decrepitæ. Si vxorem amiseris, duplicata voce eorum infelicitatem exaggerabis. ò infelices orphanos, qui matre priuati, iam statim patre orbatieritis. Cui vos committam? quis vestrum exceptiet curam? quis edocebit? vereor ne bona quæ vobis comparaui ad alienos diffulant.

*Tertium.* Morbi vehementia qua quies omnis à te auferetur, capitis dolores, stomachi corrosiones, quæ omnem salutis memoriam elidunt. Quomodo tunc Deimemor eris, cuius in afflictionibus iram, seueritatemque experiris? Poteris ne cum illo conuenire, qui te ægritudinis vi torqueat? Id Pharao nequaquam assequi potuit.

*Exod. 8. 9. 10.*

*ii.*

*Psal. 6.*

*Quartum.* Apprehensio pñnarum infernaliū quæ te sic à Deo segregabit, ut oculis velatis vix de salute conspicere possis. Nam vt inquit Regius vates, non est in morte qui memor sit tui, quæ tamen apprehensio saluti tuæ nihil proderit, siquidem necel-

necessarium est, ut ad Dei amorem te cō-  
feras. Hinc bene Aug: *non timeatur pro pœna* De vera & falsa pœnit.  
*sed ametur pro gloria.* Debet etenim pœnitentia, (si meritorie velis operari) non ex  
pœnarum consideratione coacta esse, sed  
omnino voluntaria. Nunc autē liquidō cō-  
stat quia voluntaria non est, cum eam vſq;  
ad ultimum vitæ spiritum protrahere velis,  
vnde etiam oritur ut plerique ægroti in-  
firmitatis tempore vitæ polliceantur eme-  
dationem, qui reddit sanitati denuo in for-  
dibus voluntantur.

*Quintum.* Dolor & timor mortis, te à  
salutis recordatione semouebit, cuius ve-  
hementiam expertus Rex Ezechias, fame-  
lico leoni assimilabat inquiens: *Quasi leo sic Isaiæ 38.*  
*contrivit omnia ossa mea.* Infirmitatis quidē  
acerbi sunt dolores, verum illas excedit Ti-  
mor mortis, omnium terribilium terribi-  
lissimum. Vexatur ab ægritudine corpus,  
sed corpus & animam torquet timor mor-  
tis. Quantis proh dolor ! circumdaberis  
angustijs ! quot cogitationibus anxijs in-  
volueris ! eo præcipue tempore quo mors *Aug. de Spiritu*  
violenter animam à corpore separabit cum *tu & anima*  
omnibus illius potentij. Si dens aliquist i-  
bierutus fuit, magnos profectò persensisti  
cruciatus, sed mortis vehementiæ compa-  
rati,

190 AEGROTOS VISITARE

rati, nulli sunt. Tunc enim anima euelle-  
tur quæ non solum in vna corporis parte  
residet, sed in omnibus ut sentiunt Philo-  
sophi. Hæc reuolute, & salutis tuæ media  
vñterius non differes.

*Sextum.* Horribilis formidandaq; Dæ-  
monis species tuæ obsistet saluti. Nam  
tunc temporis fortius acriusque adulgia-  
bit, vt te in desperationis præcipitium per-  
trahat, & in eo te vinciat, scit enim, quod si  
eo tempore animam superauerit, suam fo-  
re in æternum; contra verò si amiserit, no-  
nit se irrecuperabilem illius iacturam feci-  
se. Ideo vires omnes exeret, vt animam tu-  
am captiuam sibi subijciat, & ad exitialem  
finem perducat,

COHORTATIO PII  
VISITATORIS QVA AEGRO-  
TVM MONET NE POENI-  
tentiam differat usque ad ho-  
ram mortis.

CAPVT XXXVI.

V Tigitur amice mi tantorum pericu-  
lorum